

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Ira ap  
cum fontibus primis

Coherceri omnino nequit animus prava  
semel uoluntate uiciatus,

Sed  
coherceri omnino nequit animus prava  
semel voluntate vitiatus  
iamque immedicabiliter aegrotans, neque  
cedit magnis quamlibet a Deo remediis  
indultis.

Iohannes Chrysostomus, *In Mattheum homilia IX*, 1 (E. Bonfiglio ed., 2009, p.89, ll.2-4).

quia zelus sapere nescit  
et ira consilium non habet.

Ipse denique sapientissimus Salomon,  
cum propter peccatum suum audisset a  
prophetis Hieroboam regem futurum,  
posuit persequi eum, putans posse illum  
perdere, quem Deus producit:  
quia zelus sapere nescit,  
et ira non potest habere consilium.

Crisostomus super secundum capitulum  
Matthei.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaeum*, 2 (PG 56, col.644).